A BOOKE

Of Epitaphes

made vpon the death of

the Right worſhipfull Sir

VVILLIAM BVTTES

Knight:

VVho deceaſed the third

day of September,

Anno 1583.

Imprinted at London by
Henrie Midleton.

VIRO ORNATISsimo ſpectatiſſimóq; Magiſtro THOMÆ BVTTES Armigero, Mæcenati ſuo longè optimo, R. D. ſummam ſalutem in hoc ſæculo, vitam æternam in futuro, &c.

INCIDERVNT mihi in manus literatiſſimorum hominũ Epicœdia quædam (Mæcenas optime) in mortem *D. Guilielmi Butti*, viri inprimis venerabilis, germani tui, mira quadã facilitate nec facultate minori, haud ita pridem conſcripta. Qui ſi ſibi otium conceſſum fuiſſet, & per negotia licuiſſet grauiora: credo multò plura, ſat ſcio longè præſtantiora (vt his interim debitam ſuam laudem reſeruemus) ad immortalem fratris tui famam propagandam, & nominis perpetuam memoriam in medium protuliſſent. Vt vt eſt, hæc quæ iam habemus in manibus, in ordinem digeſta, in faſciculum congeſta, & in publicum edita eſſe volui, ne vel eruditiſ-

simorum hominum labores æqua sua laude iniquè fraudarentur, atque ita, tum ipsi operam & oleum (vt dicitur) perderent, tum ipsorum opera defluerent prorsus, & illaudata conticescerent: vel singularis illa & nunquam satis dignè laudata Butti virtus, defæcata religio, pietas in patriam, charitas in fratrem, bonitas in suos, iustitia in omnes, aut temporum intercessione, & iniqua intercapedine, aut hominum turpi obliuione obliteraretur. Quæ enim magis ingrata inhumanitas excogitari potest, quàm si is, qui diu multumq; studuerat vt prodesset omnibus, tam cito ex animis omnium elaberetur? Quid fingi turpius, quàm si is, qui ex rebus gestis, & summa virtute, summã nobilitatẽ generi suo (prius paterna virtute nobilitato satis) addidit, is totus vt ignobilis & inglorius sepeliretur? Fuit, fuit ille Buttus propter literas admirãdus, propter mores diligẽdus, propter pietatẽ reuerendus, propter sapientiã venerandus: Fuit, vti in bello fortis, ita in pace prudẽs; vti sũma cum laude lenis, ita sine labe iustus; vti cum iuuenis Martis, ita cum senex, Musarum almus alũnus: tum in otio secum, tũ in negotio cum alijs, sẽper admirabilis, neq; in adolescentia voluptatũ illecebris irretitus, neq; in senectute diuitiarum laqueis inuolutus. Qui non vnus inter multos, sed primus ante omnes, summum semper ius in homines profligatos & nefarios exercuit, ne illi viuentes ad libitũ & libidinẽ suam, regnarent ad ruinam ciuium, florerent ad ariditatem vrbis, consenescerent ad vniuersæ reipub. siccitatem. Quare nunquam horti vberiores fructus, nec agri superbiores segetes, nec diuitiæ ampliora fœnora, nec consilia celebriorem applausum sunt consecuta: quàm Buttus hic noster tum domi clarus, tum foris Equestri ordine insignitus, apud exteros iuuenis, senior apud nos, in Scotia gloriam immortalem armatus, in Anglia honorem haud minorem togatus, est adeptus. Dignus meherculè in cuius laudem, honoris pyramides extruamus: Dignus (nisi fortè volumus sapientum consilia tanquam flores deflorescere, instituta maiorum tanquam arbores exarescere, diuina hominum præcepta tanquam picarum cantilenas sordescere) Dignus est inquam cuius consilia, instituta,

præ-

præcepta, omni hominum posteritati in perpetuũ commendentur. Hæc vbi ego in memoriam reuoco (reuoco autem quàm sępissimè) cogor vel inuitus in sermonem alibi à mé habitum, sæpius incidere: Buttum scilicet virum esse, qué sic amant omnes vt probent, sic probant vt laudent, sic laudant vt admirentur, sic admirantur vt cum optimis conferãt, & his etiam longè multumq; præferãt.

Reddidi iam tibi (vir ornatissime) causas scriptionis; cessationis verò nostræ neque pauciores neque minus iustæ reddi possunt. Non conferam culpam in occupationes priuatas, ne fortassis criticis quibusdam hominibus putida videatur & peruulgata causatio. Non causabor aduersæ fortunæ supercilium, & reluctantes necessitatis procellas, quæ me à portu in quo libentissimè delitui, pepulere: est & illa obijciet, aliquis triuialis & triobolaris excusatio. Non dicam quòd Musæ nostræ iam diu peregrinari imò & feriari cogantur: erit & hæc defensio sat scio aliquibus subrustica prorsus & peruulgaris. Huiuscemodi sunt Momorum mores & morsus, qui cùm caput petere & vitam adimere nequeant, sandalium saltem aliquod reprehendent nasuti isti homunculi (quibus velim collisum nasũ) quò existimationi nostræ obtrectare possint & maledicere. Quorũ ego præpeditus iniurijs & calũnijs neq; tam facilè neq; tam fœliciter (in vtroq; enim claudicatũ est) operi inchoato extremã manum attexere poteram. Siquidem in varias & ancipites cogitationes distractus animus, stetit diu dubius inconstans sibi, hoc præsertim dilemmate tortuoso circumseptus, ne vel scribendo graue temeritatis vitium, vel silendo grauissimam ingratitudinis labem subirem. Recollegi meipsum tamen, atq; (cùm è duobus malis minus sit eligendum) statui ineptus potiùs quàm inhumanus, temerarius & audax quàm omnino leuis & inconstans videri. Quòd autem tibi opus hoc qualecunque dedicare contendam (vir ornatissime) optimis illis quidem & maximis sum rationibus adductus. Primò quòd scriptionis huiusce causa & occasio à dignitate tua sit profecta. Tum quòd locupletissimus, oculatus, intimus & verè domesticus sis fratri testis, quàm ille operam, studium, fidem, patriæ,

Ecclesiæ, reipub. semper nauauerit.

Tua verò summa & singularis beneficentia, qua me pereuntem seruabas, & cadentem erigebas, suppressum planè & penè depressum paupertatis telo: tua (inquam) haud vulgaris clementia, qua me, aduersæ fortunæ instabili rota fluctuantem, & naufragium studiorum meorum facientem, in humanitatis tuæ portum & asylum recipiebas: me inuitum certè & reluctantem ad hoc pensum qualecunque impellere videbatur. Quare neque tibi refragari debeo sine summa ingratitudinis ignominia, neque possum susceptum onus reijcere sine singulari scelere & turpissima perfidia. Quòd si impositum pensum non pertulero, si succubuero (Mæcenas optime) tu culpam & pœnam præstabis, quòd artificem elegeris & parum otiosum & minus literatum. Sed desinam tibi aures diutius obtundere. Quod vnum iam est reliquum (nihil enim nisi vota supersunt) à Deo opt. max. obnixè peto, vt te vnicum (iam) Buttum quam diutissimè reddat superstitem: vt reipub. ornamento, Ecclesiæ præsidio, mihi auxilio esse possis.

Valeas vt viuas, qui viuis vt semper viuas.

Tuæ dignitatis alumnus,
Robertus Dallingtonus.

IN OBITVM CLARISSIMI Illustrissimiq; viri D. GVILIELMI BVTTI Equitis Norfolciensis, qui obijt tertio die Septembris, Anno Dom. 1583.

APage saua nimis, renuis fera Parca? recede:
I pete mors alios, apage saua nimis.
Buts super astra sedet, virtus tamen vndique fulget,
Res gestæ fulgent: i pete mors alios.
Quem pietas Diuum fecit, quem gratia sanctum,
Quem mors exemplum, quem pia vita bonum,
Hic iacet indigno contectum puluere corpus,
Ast anima ætherij transijt astra poli.
Nunc super astra sedet Buttus mortemq; beatus
Tam benè qui vixit, morte sua superat.
Buttus erat miseroq; pater, Patriæq; patronus,
Doctus erat, doctis fautor & author erat.
Defuit officio nunquam: Pax aurea iustum
Bella virumq; probant: Tempus vtrumq; pium.
Ossa iacent tumulo, mentis monumenta supsunt,
Optima pars supereſt: Non iacet hæc tumulo.
Fama manet dum facta manent, nec laus morietur,
Fama memor Butti, nescia fama mori.
Ergo petas alios qui plus tua tela morentur,
Buts super astra sedet, tunc pete mors alios.

Robertus Dallingtonus.

Thomæ Butti ad fratrem, Diſtichon.

Butte redi, mihi chare redi, ter chare redito:
Non ter chare redis? (eheu) mihi chare valeto.

Robertus Dallingtonus.

The ſame in English.

O Brother deare, to me moſt deare, thriſe deare to me returne,
Wilt thou depart? farewel my hart, thy want doth make me mourne.

Thomas Buttes.

Gvilielmus Buttus,
Nomine inclytus, æſtimatione magnus,
Virtutis alumnus, ſceleris maſtix,
Dictis probandus, factis ſequendus,
Hîc iacet, lapideo monumento tectus.

Robertus Dallingtonus.

An Epitaphe vpon Sir *William Buttes*, a worthie Knight,
Who liude to die, and dide to liue, and liues nowe in Gods ſight.

HEre lyeth a BVTTES of noble fame,
And in this BYTTES was ſuch a white:
Whereat who ſhootes, and hittes the ſame,
may well be calde a worthie Knight.

His will to ill did not decline,
His might to right was euer bent:
His counſaile wiſe, his ſage aduiſe,
Was euer ſeene in his iudgement.

When he was young, with might in fight,
With ſhielde in fielde, he purchaſde praiſe:

When

When he was olde, then he by right,
And iuſtice did his fame increaſe.

Whoſe youthfull yeres with courage great,
Whoſe hoarie hayres with counſell graue,
Were ſo adornde: that due deſert,
Immortall praiſe for him doth craue.

Which vertues rare, with many moe,
Doe prooue to vs that BVTTES was borne:
Tam Marti quàm Mercurio,
Whoſe name with time cannot be worne.

Robert Dallington.

An other.

VVoe and alas ſhalbe my ſong, England.
BVTTES haue I loſt, I had ſo long,
The griefe cannot be tolde with tongue,
I haue without him.

And I alſo will waile, and weepe, Norfolke.
My Norfolke men, like ſillie ſheepe,
Doe crie for BVTTES, who is aſleepe,
And they without him.

What ſhall we doe, what ſhall we ſay, Gentle-
What counſaile take, if BVTTES away, men.
What iudgement giue, if gone our ſtay,
And we without him?

And ſhall not we, of eche degree, Com-
Who had reliefe and equitie, mons.
Of BVTTES bewaile this miſerie,
To be without him?

The Ladie Buttes. Nowe Buts is gone, mine is the ſmart,
Farewell my Buts, adewe my heart,
O dolefull death that didſt vs part,
I die without him.

M. Thomas Buts. O Brother come to me againe,
Oh let me not alone remaine,
Alas he is gone, my hope is vaine,
And I without him.

Kinsfolke. We haue him loſt, who did vs loue,
Our griefe is ſuch, nought can it moue,
We here beneath, wiſh him aboue,
And waile without him.

Reaſon. To crie, to waile, to ſigh, to grone,
Cannot auaile, now he is gone,
You muſt for all your plaint and mone,
Still be without him.

Gods word. But liue you well, doe that is right,
Then dying, you ſhall haue in ſight
Sir William Buttes that worthie Knight,
And neuer be without him.

Robert Dallington.

An other.

Short is our time that we doe liue, yet liue we in theſe dayes
Subiect to ſinne, offending oft, tranſgreſſing many wayes:
Infinite griefes, a minde we haue, ſubiect to miſerie,
Increaſing paine, deſiring death, and yet we cannot die:
Reioice thē Buts, who though now dead, yet doſt thou liue for euer,
Rewarded with the good in heauen: God graūt vs paſſage thither.

VVhen man is ſicke, then doth he ſeeke his ſickneſſe to eſchew,
Vhen health is got, God is forgot, and griefes do grow anew.
In wealth we wallow wickedly, forgetting God moſt wretchedly,
In woe we waile, fleſh is ſo fraile, that nought is life but miſerie.
Long though we liue, ſtrong though we be, though ſtomack do not
oſe yet we muſt, life, and to duſt, to this port muſt we ſaile. (faile,
Life is a leafe, death comes aloofe, common to me with all,
Life is a blaſt, age comes at laſt, then death to great and ſmall.
In God therfore (leauing the world) ſee that you fixe your ioy,
In death ſeeke life, that dying once, auoide you may annoy.
As worthie *Buttes*, who in his life, to men a myrror was,
And by his death hath life obtainde, ſuch life as ſhal not paſſe.
Make him a patterne how to liue, and ſee thereat you aime,
Marke his example how to die, God graunt you do the ſame.

Beeware therefore, ſee that for life eternall thou do ſeeke,
Betimes, as *Buttes* to th'ill be iuſt, to th'godly be thou meeke.
Vſe wel thy welth which God doth giue, & helpe the pore ỹ mone,
ſe thy ſelfe ſo, that thou maiſt go, to th'place where *Buts* is gone.
To God on high (where *Buttes* doth dwel) do thou thy ſelfe apply,
o God moſt iuſt, ô man but duſt, make haſte continually.
To God aboue, yeeld all thy loue, the ſtaffe of man in age,
he ſtrength of youth, to euill, terror: to good, a great courage.
Embrace vertue, but vice eſchew, caſt thou thy minde on high,
Ende thou thy life, as did good *Buttes*, think that thy health is nigh.
So ſhalt thou then, ô mortal man, whoſe ſorrowes now are great,
Soone come to *Buts*, who lookes for thee, in heauẽ to haue thy ſeate.

Robert Dallington.

An other.

BVTTES liuing here this poeſie had, for to be wiſe and plaine:
BVTTES liuing there, his corps here left, ſhortly to take againe.

So wiſe and plaine that being here, no man did BVTTES excell,
So wiſe & plaine that going hence, with Chriſt now *Buts* doth dwell.

Robert Dallington.

An

An other.

SIR So soone as man vpon the earth doth breath,
So soone he is to wickednesse inclinde,
Such wicked men to th' world themselues bequeath,
Such worldlings oft, haue neuer God in minde.

WILLIAM Whose life though long, yet yeelds to death at last,
Whose death is losse of life and pleasures all,
When wretched worldlings wicked life is past,
Wealth then is gone, their pleasures then are gal.

BVTS. But BVTTES by brideling natures crooked will,
By God his guide did goe that way was best,
BVTTES dyde to sinne whereby he vanquisht ill,
BVTTES liude to Christ, with whom he now doth rest.

Robert Dallington.

In eiusdem obitum per F. A.

OSsa sub hoc fido Guilielmi marmore Butti
Seruantur, mens est libera, læta polo.
Clarus eques fuit, atque obseruantissimus æqui,
Antistes pacis, relligionis amans.
Vita peracta piè, mortem est sortita beatam,
Exiyt ad certum mens reditura diem.

Franciscus Aungerus.

The same in English.

VNder these stones do lie the bones of *William Buttes* a wight,
Whose soule on hie aboue the skie, is freed from sorowes quite.
He liude a Knight, he loude the right, in peace he studied still,
Gods word it was, he did embrace, by them he framde his will:
Who leauing breath did yeeld to death, his corps in tombe to lie,
Till soule againe, at time certaine, shall haue them vp on high.

Robert Dallington.

In

In eiuſdem obitum per F. A.

ASpicin' hoſpes? atro Guilielmus puluere Buttus,
Hîc iaceo puluis, tu quoque puluis eris.
Quicquid habes formæ vt propriũ ſibi terra reſu-
Et facies pulchro corpore pingue ſolum. (met
Ipſe vigens ætate fui, nutritus in armis:
Vici in bello acrem non ſine laude Scotum.
Tum pacem ſenior vergens ætate colebam,
Et populum patrio iure tuebar eques.
Complures numerans vixi haud inglorius annos,
Multis hoſpitij nomine clarus eram.
Sed quid? tantillum haud proſunt hæc tanta ſepulto
Horum non vita, longior vſus erat.
Hoc vnum prodeſt, poſt mortem hoc glorior vno:
In Chriſto veram me tenuiſſe fidem.
Ergo hoſpes multis hoc vnum quærito votis,
Nam ſpem deſtituent cætera vana tuam.

Franciſcus Aungerus.

In eiuſdem obitum per I. A.

IN cineres cinerem conuerſum carmine flebo,
Membraq́, quòd morti debita morte iacent.
Eſt commune mori: morimur, moriemur & omnes,
Non fleo (Butte) mori, ſed potuiſſe mori.
Non cineres deflebo tuos, nec inania membra,
Eſt deſiderium flebile Butte tuum.
Flebile virtutes, & flebile facta referre,
Dummodo non liceat morte premente frui.
Intemerata iuuenta fuit, veneranda ſenectus,
Vtilis hæc caſtris, vtilis illa foro.
Vtraque iuſtitiam coluit: Pietatis aſylum,
Hoſpitium miſeris, iuris amica domus.

Omnia

Omnia quid prosunt? supereſt niſi nominis vmbra,
Fama viri ſupereſt, talem habuiſſe dolor.

Iohannes Aungerus.

In eiuſdem obitum per I. D.

QVem patris Regi quondam bene nota medendi
Doctrina illuſtrem, quem ſua vota pium,
Quem rerum virtus geſtarum fecit Equeſtrem,
Cui generis clari nobile ſtemma fuit:
Exiyt è viuis: animum Deus æthere ſeruat,
Hic tumulus ſtructus marmore corpus habet.

Iohannes Dix.

In eiuſdem obitum per R. P.

INcipe Melpomene, lugubres incipe cantus,
Mortalis nemo morte perire nequit.
Hei mihi quòd nullis mors eſt curabilis herbis,
Hei mihi quòd Dominus Buts Guilielmus obit.
Optima diſcedunt ſemper, terrasq́ relinquunt,
Conſtantemq́ tenent deteriora locum.
Charus erat cunctis, iuſtos dilexit & omnes,
Millibus ex multis par, puto, nullus erat,
Buts, metas, lingua nos dicimus eſſe Latina,
Et bene, huic Chriſtus meta ſcopusq́ fuit.
Hanc metam tandem nos hunc ſperamus adeptũ,
Ergo iam flendi fac mea Muſa modum.

Robertus Parkerus.

In eiuſdem obitum per C. A.

COnditur hoc tumulo generoſæ ſtirpis imago
Vera, vir inprimis relligionis amans.
Qui medici patris natus virtute probata,

Conſpi-

Conſpicuum nomen Militis obtinuit.
Namque illum præ ſe clariſſima facta ferentem,
Inter honoratos extulit ipſa viros.
Hæcq; ipſum ſublimè feret poſt funera virtus,
Et qua natus erat gloria ſumma domus.
Gaudebunt igitur tali cognomine cuncti,
Qui ſua ſigna petunt, principe digna viro.
Sæpe tamen lachrymas non abſque dolore ciebunt
Illius in mentes cùm venit atra dies.
Sed cùm mortalem reputant, & fortia facta,
Incipient luctus attenuare ſuos.
Nam longo numeros impleuit Militis æuo,
In patriam meritis occubuitq; ſenex.

Chriſtophorus Abbys.

In eiuſdem obitum per A. M.

OCcidit, heu triſtis pleniſsima dictio luctus,
Non niſi tartareo, digna ſonanda lacu:
Occidit ô miſeræ iuſtiſsima cauſa querelæ,
Sæpe mihi mœſtis ingeminanda ſonis.
Occidit & madido ſtillant mihi lumina fletu,
Lumina iam cuperem flumina noſtra forent.
Tunc ego perpetuas pro Butto fundere ſtillas
Cogerer, æternis vt fluit Iſter aquis.
Buttus enim cecidit, mea mens retuliſſe tremiſcit,
Tam meminiſſe timet, quam cecidiſſe dolet.
Quid clamem? quæ fata vocẽ? quæ numina poſcã?
Quid loquar? anne fleam? quid quærar? anne gemam?
Heu noſtri gemitus erit ortus & exitus eheu
Exprimit aſt animum, dictio neutra meum.
Hei mihi præclarum rapuit, mors abſtulit, eheu,

Bello

Bello magnanimum, relligione pium.
Ergo Butte tuam redimam quo munere vitam?
Num potero madidis fata mouere genis?
Tristia fatidicæ spirant suspiria Parcæ,
Exitus è stigijs nec datur vllus aquis.
Fata negant, mors atra negat, Deus ipse recusat,
Et verum est: Nulli parcere Parca potest.
Ergo Butte vale charissimus Elizabethæ,
(O dolor) ad fratrem non rediture tuum.
Optime Butte vale, nunquam moriture, sed alto
Viuens crede mihi, mortue, Buttus eris.
Ergo non tumulo, non thure, aut carmine Buttus
Est opus: absque vllo carmine Buttus erit.

Anthonius Maxeius.

Epicœdium in eiusdem obitum per R. H.

COnuenêre fides, Pietas, Constantia, Virtus,
Vt celebrent magni busta beata viri.
Conticuere fides, pietas, constantia, virtus,
Heu dolet eximium fata petisse Ducem.
Præfatur tandem virtus: Deus optime, Diuum
Magnatem in superas, accipe quæso domos.
Me duce commeruit mauortia Symbola Buttus,
Me duce & ætherei scandat ad astra poli.
Fortis eques pegasum potis est conscendere, & orco
Mittere Cyclopum corpora vasta malo.
Cui pietas: Cepheus potius descendat ab alto
Dignior est tanto sydere noster eques.
Amphitrioniadæ iungatur nobilis Heros,
Sic Mars, sic Phæbus, sic & Ioua iubet.
Non moritur pietas non sentit vulnera lethi,
Sed volat in celsas candida virgo domos.

Dein-

Deinde fides, riguis lachrymas deterſit ocellis,
Atque optat Butti cœlica dona duci.
Par fuit Hydromachon cœleſtia ſcandere tecta,
Nec decet illuſtrem ſydera habere ducem?
Ergo petat diuos diuus Guilielmus honores,
Ac verò cedat fabula Græca duci.
Mî placet, erecto dicat conſtantia vultu,
Quæque hæc, quæque illa eſt, voce locuta dea.
Immortalis erat Butti mens, conſiliumq́,
Immortale fuit, geſta perennia erunt.
Et quanquam regnum deëret mortale, Polares
Attamen ille vrbes, & bona Caſtra reget.
Interea æternum Tumulo ſuperaddite carmen,
Buttus eques ſcandit ſydera clara poli.

Richardus Harueius.

In eiuſdem obitum per H. M.

SVmme Deus quoties Parcas patieris inultas?
Heu quando mortis rabiem mulctabis acerbã?
Belliger hîc Mars eſto, tuumq́ accende furorem,
Adſis in Atropon tua fulmina mitte ſororem.
Siccine magnanimos ſubito mors ſternet iniqua?
Siccine deijciet claros & inulta manebit?
In bello fuit iſte potens inſigniter olim,
Inuida ſed miſere ſors nunc deiecit eundem.
Huc ades ô Pallas princepsq́ Minerua dearum,
Adſis & fer opem, doctiq́ vlciſcere mortem.
Cur tu doctrinæ fautrix, dicaris vbique,
Si non præſidium doctis famamq́ miniſtras?
Corporis at tantùm ſunt membra incluſa ſepulchro
Supprimitur corpus, ſed ſpiritus incolit aſtra.

O ter nos igitur miseros, sed non miser iste,
Heu male quòd tantum decus hæc amiserit ætas.
Ast hic ter felix Buttus qui dulcè quiescit,
Hic sibi nam moriens, famamq; decusq; parauit.

H. Mihel.

Epigrammà in eiusdem obitum per A. S.

HEu Buts quid morieris? cur vitā pallida Parca
Tollit? cur resecat mors tibi fila rapax?
Olim miles eras, miles fortissimus olim,
Insignem te nunc sustulit atra dies.
Vna dies cineres corpus conflauit in atros,
Atq; dies vitam sustulit vna tuam.
Anglia te genuit, te protulit Anglica tellus,
Quæ tota est factis irradiata tuis.
Hector eras alter, fueras fortissimus Hector,
Namque hoc testantur bellica facta tua.
Magnus eras, fuerasq; grauis, fuerasq; benignus,
Hoc nam testantur munera clara tua.
Hæc eadem referunt virtutes corporis omnes,
Atque animi, quas tu semper habere soles.
Vrbes, tecta, domus, & mœnia celsa peribunt,
Ast tibi durabunt, gloria, fama, decus.

Andræas Stiles.

In eiusdem obitum per I. W.

PArca quid innocuos? cur non prius ipsa nocentes
Insontes adeo cur fera parca petis?
Non inopum satis est telo petiisse tabernas?
Nec tenui satis est occubuisse Codro?
Siccine magnates læthali vulnere sternis?
Nulla tibi ratio nobilitatis erat?

Flecte-

Flectere non potuit quæ cunctos inclyta virtus?
Nil est quod possit corda mouere tua?
Heu fera mors quæ nunc spoliasti munere vitæ
Quem clarum virtus fecerat ipsa virum.
Clarus erat nec non prognatus semine claro,
Non vllis equitum laude secundus erat.
Illius ornârant doctrinæ lumina patrem,
Quem sibi rex medicum sumpserat esse suum.
Non tamen hic proauos aut auos & cætera iactat,
Quæ cum fortunæ stantq́ cadunt q́ rota.
Nec quæ maiores fecerunt fortia facta,
Hunc equitum celebri constituêre gradu:
Sed virtute sua, decus hoc conscendit equestre,
Quicquid id est, totum nuncupat ille suum.
Hei quòd mors illi præcidit stamina vitæ,
Hei quòd mors vltra non tulit esse virum.
Sed patimur quamuis sis conditus ipse sepulchro,
Non tamen est vnà fama sepulta tua.
Dum tua membra iacent, terræ demersa cauernis,
Mens scandit cœlos æthereasq́ domos.
Quam viuens olim coluisti splendida virtus,
Nunc post extremos te colit illa rogos.
Dum tu mortales mortali sede relicta,
Linquis, apud diuos, tempora lætus agis.
Non tibi sustentant mortalia pabula corpus,
Vesceris ambrosia, nectar & ipse bibis.
Mortalis nomen tamen immortale parasti,
Vita breuis fuerat, fama perennis erit.
Buts Guilielme vale, post vltima funera viues,
Viues post tristes Buts Guilielme rogos.

Iohannes Weldus.

In eiuſdem obitum per G. B.

AD ſacra lugubres extendite ſydera voces,
Lugeat & madidis mœſta caterua genis.
Occidit heu paruo violentæ tempore mortis
Ictu, qui totics tanta pericla tulit.
Siccine viuacis mors importuna ſenectæ,
Non piget extremum præcipitaſſe diem?
Non tulit vt ſacræ violentur turpiter ædes,
Non violanda tulit templa dicata Deo.
Marte potens, pietat is amans, virtute fidelis,
Dux erat, hoc patriæ non mediocre bonum.
Magna laborifice res geſtæ præmia poſcunt,
Plurima depoſcunt præmia, turpe nihil.
Iuſtitiam ſemper viuus rectumq́ colebas,
Non ignotus eras miles in hoſte ferus.
Vita coruſcanti viguit diademate digna,
Multorum perijt, te pereunte ſalus.
Non te formident, metuenda pericula ditis,
Sedibus Eliſiis, regna parata patent.

Guilielmus Bournus.

In eiuſdem obitum per S. S.

SI te Butte tuis viua ſub imagine Zeuxis,
Si formæ decus egregium ſimilemq́ dediſſet:
Archetypo Mentor, vel magni cura Magiſtri,
Gratum opus atque ægris adeo lugentibus ingens,
Solamen triſtique decus non vile ſepulchro.
Sed fallax ea cura tamen, mancíq́ laboris
Imperfectus honos. Quis enim deducere mores
Virtutesq́ animi, liquido traducere in auro,
Et quæ pars melior Butti, quis pingere mentem
Cœleſti imbutam ſtudio, ſanctoq́ calore

Flam-

Flammatam, ſemperq; aliquid ſublimè ferentem
Sufficeret? Totum haud poſſunt comprendere cæca
Artificumq; labor, media & plus parte lateres.
Aſt ego ſi ſacras hauſiſſem largius vndas,
Hinc tibi perpetuos victuro carmine vultus,
Formaſſem, effigiemq; animi, morumq; figuras,
Duxiſſem calamo, meliusq; hoc ore niteres.
Nunc habe in officium tumuli, quæ noſtra poteſtas
Submiſſos verſus atque illaudabile carmen,
Lugentesq; lyræ cantus, pulſasq; ſiniſtro
Pollice mœrentes obliquo pectine chordas.
Non tibi Butte deeſt generoſa ab origine ſanguis,
Nec ſine luce genus, nam quis non clara parentis
Facta ſciat quantum medica valuiſſet in arte
Ordinis aurati Butti, quam fama ſonorum
Tranſuolat Oceanum, totiq; inclaruit orbi?
Mente bonus, largusq; manu, nec parcus egenti,
Cui ſimilis frater ſupereſt bonitate, ſolet qui
Auxilium afflictis, pronasq; rogantibus aures
Præbere, & nullos miſera damnare repulſa.
Nec meritum tardare mora, nec ferre rogari,
Sed faciles afferre manus atque obuius ire
Supplicibus, multisq; precum minuiſſe ruborem.
At iam tante tuis meritis, ſtudioq; fideli
Virtutis, tu Butte iaces, ſubit inuida ſæclis
Pallida mors, triſtesq; ſecarunt fila ſorores.
Nec tamen interea fragilis dum corporis artus,
Conficerent morbi, & iam deſperata medentum
Auxilia, eſt vllo tua mens deiecta dolore.
Cœlum ſed votis penetras, Chriſtumq; fideli
Ore cies, huic ægram animam iam corpore laſſo
Euaſuram alacri ſtudio committis, in illum

Vox cadit extremusq; calor morientis anhelat.
Sic mortale genus, nobis venit ordine fati
Exitus, & reges populosq; extrema citatos
Vrna capit, nulliq; ſtatum præuertere tempus,
Aut tardare licet, fœlix qui linquere molem
Terreſtrem potuit, vilemq; hunc carceris vſum,
Et mundi exolui curis, & viuere Chriſto.

Sophonias Smith.

In eiuſdem obitum per F. B.

INduat pullas gemebunda veſtes,
Quæq; clarorum regio virorum,
Aura lugubres reſonet querelas,
Duplicet Echo.
Tabeſit frondens equitum corona,
Impiæ terror periit caterua,
Sternitur cretus Guilielmus alto
Sanguine Butti.
Atropos tantæ feritatis author,
Quæ fuit tantæ tibi cauſa cædis?
Vnde commotis tibi mens procellis,
Æſtuat iræ?
Nil mouet ſplendor generis paterni,
Nil mouent gnati, ſpecies, acumen,
Nil ſacro veræ moueare cultu
Relligionis.
Iam ſcio diris genus eſſe dirum,
Non enim diuis atauis creatæ,
Conferunt vera pietate ductæ;
Præmia turbæ.
Sed manus tinctæ tepido cruore,

Stragibus gaudent cumulare terram
Filiæ noctis, ſtygiq́, lacus
Sæua propago.
Litteratorum celebris ſenatus,
Litteratorum doleat patronum,
Litteris tanto ſtudio fauentem,
Sic periſſe.
Plangat heroum generoſa proles,
Pauperum plangat chorus vniuerſus
Hijs ſalus, illis decus haud puſillum
Deſijt eſſe.
At genæ noſtræ lachrymis madeſcant
Quum veternoſæ genitricis aluo,
Illius corpus gelidosq́, condi
Cernimus artus.
Lugeat demum populus Britannus,
Chriſtianorum cecidiſſe robur,
Robur aduerſus pietatis hoſtes
Pſeudoprophetas.

Franciſcus Burleigh.

Aliud.

PLange fidele genus, Buttus tellure receſsit,
At petijt cœlos, Plande fidele genus.

Eiuſdem.

The ſame in Engliſh.

LAment and mourne, that BVTS is gone, you godly that remaine,
But BVTS is gone from earth to heauen, therefore reioice againe.

T. Buttes.

Aliud.

CVius vita fuit vita viris bonis,
Mors mortis ſpecimen, Buttus ab inclyta
Buttorum numerans ſtirpe genus ſuum,
Commendat gelida corpus humo tegi,
At mentem celerem ſydera tranſuehi.

Videte corpus, aſt obedientiam,
Sequatur omnis huius inclyti viri:
Gratus enim erat Deo, virisq; vir fuit
Angelus & Angelis beatus eſt, erit.

Franciſcus Burleigh.

In eiuſdem obitum per R. I.

BIs duo ſunt (perhibent docti) primordia rerum,
Vulcanus, tellus, æther & vnda ſimul.
Ex iſtis fiunt quæ fiunt corpora cuncta,
Hæc dant corporeis, corpora quæque ſuis.
Hæc ſunt principium, ſunt hæc ſubſtantia rebus:
Hæc ſunt & vitæ cauſa cuique ſuæ.
Sic ex aduerſo rurſum ſoluentur in iſta,
Quæcunque ex iſtis facta fuere prius.
Sic ſunt iſta ſalus, ſic iſta cuique ruina,
Sic ſunt principium finis & iſta ſimul.
Ex his facta vigent, & in iſta ſoluta peribunt
Omnia, ſic fragile eſt, quicquid in orbe manet.
Quod terreſtre fuit, fiet terreſtre viciſsim,
Quod fuit vnda, latex: quod fuit æther, idem.
Vnde gelata ſuam formam amiſiſſe videtur,
Quippe ea non eadem, quæ fuit ante manet.
Vnda ſed eſt glacies, glacieſq; ſoluta fit vnda,
Naturam capiunt omnia verſa ſuam.

Ter-

Terram vult tellus, æther vult ætheris ignes,
Omne & in hoc ipſum quod fuit ante redit.
Hic eſt naturæ curſus, nihil ergo nouarum,
Si morti fragilis det modo vita locum.
Naſcimur è terra, ad terramq́ reuertimur omnes,
Terra ſumus, nobis maxima terra parens.
Terra tegit, quem terra tulit, ſua membra repoſcit
Quæ dederat tellus, non aliena petit.

Rhodolphus Ioyner.

Aliud.

LVget Muſa virum: non quia vir fuit
Luget Muſa virum, non quia mortuus
Luget Muſa virum, ſed quia vir iacet
Iuſtus, quiſque perit, qui ſatus eſt homo.
Non eſt quòd doleas, ſi cadat improbus,
Horum depereint vndique plurimi:
Aſt eſt quod doleas, ſi pereat bonus,
Rarum hoc eſt animal vir bonus & pius.
Fatorum fateor magnaneceſsitas,
Nec quiſquam poterit, mors, tua ſpicula
Euitare, tamen mors, nimis inuida es
Quæ iuſtos citius, tardius improbos
Triſti perpetuo vulnere corripis.
Exercere velis, ſi tua robora,
Si notum cupias vis tua quanta ſit,
Prauos tum feriant ſpicula, nec bonos
Attingant, etenim commoda pluribus
Horum vita manet, mors grauis omnibus.
Contra nemo virûm reſpiciet malos,
Vnâ ſi pereant ter tria millia,
Quorum vita nocet pluribus impia,

Et contra Interitus proderit omnibus.

Eiusdem.

Aliud.

LVgeat ploretq́, virum necesse est,
Musa mœsto carmine nostra talem,
Si quidergo Musa potes dolere,
Musa doleto.
Cùm dolor vexet, facile est dolere,
At dolorem significari versu
Arduum: quantum potero libenter
Musa dolebo.
Exprimas luctus igitur gementes,
Nouerit præsens studiosa turba,
Vita quam sit chara tibi bonorum
Musa doleto.
Si minus nos impediant cadentes
Ad genas tristes lachryma, dolorem
Non sinemus testificare, quare
Musa dolebo.
Fac agas quæ sunt peragenda paucis,
Fac viri mortem celebres camœna,
Dignus est is qui celebretur, ergo
Musa doleto.
Nostra lugebit tenuis camœna
Flebili quanto poterit dolore
Quicquid in nobis remanet gemiscet
Musa dolebo.

Eiusdem.

Aliud.

MVse Pierides nouem sorores,
Nobis suppetias feratis omnes,

Om-

Omnes non aliquas adesse vellem,
Vobis omnibus est opus (sorores).
Non vt laudibus euehatis vllum,
Aut Bacchi celebretis almafesta,
Non vt carmine mulceatis aures,
Lætorum placido, sed ergo adestis,
Vt mortem bene defleamus omnes.
Herois veteris, dolore magno
Mortis qui cecidit feralis ictu,
Omnes plangite qui nauatis omne
In rectis studium artibus, caterua
Doctorum philomusa plangat omnis,
Et planctu doleat iuuenta mœsto.
Morti succubuit grauis patronus
Musarum, celebretur ergo Musis.
Nunquam nostra sinet camœna tantum
Deplorare virum canoro versu,
Sic quamuis iaceat peremptus atra
Iam nunc morte, tamen vigebit ille
Atque omni celebratus ibit æuo.

Eiusdem.

Aliud.

DOleto plebs Norfolcia,
Omnes dolete, plangite
Imò quot orbis continet,
Lugete cantu flebili,
Et lachrymis cadentibus
Deflete Butti funera,
Planctu viri digniſsimi.
Niforte vobis penitus
Sit dempta fletus copia
Omnis, dolore languido
Si causa vobis extitit,
Vnquam dolendi maxima,
Vobis in isto funere,
Certè datur iniustissima.

Nam

Nam qui iacet, non quispiam
Ignobilis sub vulnere, aut
Notus suo vix seculo,
Sed mortuus vir nobilis
Nõ stẽmate (est quod vix suũ,
Quamuis genus sit nobile)
Virtute sed (quod est suum)
Felicitas quæ maxima est.
Illustris ille stemmate
Magnis satus parentibus,
Illustrior sed factus est
Factis suis illustribus.
Alumnus almus extitit,
Et æquitatis & boni
Omnis, malos qui grandibus
Affecerat cunctos malis,
Contra bonos honoribus
Remunerarat maximis.
Extolleret si pluribus,
Camæna nostra laudibus
Illis virum dignissimum,
Immunis ipse non forem
Ab omnium calumnijs.
Sed spero me defendet id
Quod non nouarum quippiam
Vobis canam, sed optime
Hæc omnibus sunt cognita,
Quæ his versibus tradiderim.

Cuius vix totus famam complectitur orbis,
Eius corpus habet vrna minuta viri.

Eiusdem.

In eiusdem obitum per S. L.

HÆc noua quid rerum facies & tristis imago?
Quid turba vult pullis operta vestibus?
Cur lachrymæ teneris densæ funduntur ocellis?
Genæq; mœstis tot rigantur luctibus?
Solennes pompæ quæ tristia funera ducunt?
Eia agito mœstam dic Camæna Naniam.
Te generose cohors luget generosa peremptum
Mortis rigenti Butte sæuæ spiculo.
Omnia te Guilielme sonant per rura coloni,
Charus fuisti nempe sanus omnibus.
Teque sibi ereptum lachrymis pia turba requirit,
Sensere præsidium, pij te maximum.

Lumine

Lumine te cassō miseri plectuntur egeni,
Frigus, famem magis, sitimq; sentiunt.
Fœmina te luget charo viduata marito,
Orbiq; deflent liberi parentibus.
Non illis grauis esse malus te sospite, quisquam
Audebat, vllisue afficere molestijs.
Te tua Butte domus rerum columemq; suarum,
Magnumq; familiæ occidisse flet decus.
Quales amissis Philomelæ fletibus, altæ
In populo mœstis querelis ingemunt.
Credimus at te nos cœlesti luce beatum,
Patriamq; solam clade tanta perditam.
Quàm breuis, heu, nobis vita est, anniq; fugaces!
Ipse etiam Oaxes segnior & Hebrus fluit.
Haud celeres vincant neruo impellente sagittæ
Si quando Parthi prima miscent prælia.
Non tua lustra (quid hoc?) ter quinque impleuerat ætas,
Annis tribus eras, fata cùm poscunt, minor.
Quantulū hoc est miseris spatiū mortalibus æui?
Pauci id tamen multis vident in millibus.
Cur properare volunt, rapidisq; allabier alis
Terra creatis fata Noctis filiæ?
Ceruorum viuax genus est, sed & improba cornix
In multa perhibitur vigere sæcula:
Sed nostræ, heu miseros, prima incunabula vitæ
Senium, citisq; passibus mors excipit.
Cognita quàm bona sint nobis satis ante relinquunt
Repentè fugiunt inchoata gaudia.
Qui modò fulgebant intexto vestibus auro,
Dicto citius alto teguntur puluere.
Et lautè soliti structis accumbere mensis,

Hy mox & ipſi vermibus ſiunt Dapes.
Nil Acheronta genus, nec raræ gratia formæ,
Midæ nihil nec Attali mouent opes.
Ipſa nec inſignis Lethæo liberat amne
Virtus, ſemel calcanda cunctis hæc via eſt.
Hijs moniti exemplis, quibus eſt iam copia lucis,
Ne ſe nimis rebus caducis implicent.
Magnificasq; domos & dædala condere tecta
Fato vocante aliò laborent parcius.
Corpora nec gelidis mox imponenda ſepulchris,
Aut Perſico luxu aut amore diffluant.
Quin animæ potius cùm ſit cœleſtis origo,
Cœlum indies pijs recludant mentibus:
Et patriæ prodeſſe ſuæ pro viribus omnes:
Nitantur, huc omnes labores dirigant.
Hinc Butti viget, atque vigebit gloria, donec
Contrahet hyems, exuret agros Sirius.

Stephanus Limbertus.

In eiuſdem obitum per H.G.

CVm Deus omnipotens ſciſſo ſpectaſſet Olympo
Agmina veſanis ludere ſtulta modis,
O genus ignarum, gemuit, cui nullus amicum
Præmonſtrat iuſtæ dux paradigma viæ.
Cæca per ambiguas errat malè turba cohortes,
Exemplar vitæ nec melioris habet.
Aſt habitura refert, noſtri ſpes vnica Butte
Butte, pharetratis ſis bone, meta viris.
Tu decus omne tuis, ſis tu quoque pulchra tuorum
Metaq; digna peti, famaq; digna ſequi.
Te videant, viſumq; notent, notumq; ſequantur,
Hectora te caſtris, Neſtora conſilijs.

Nec

Nec mora, ſceptrigeri fecit mandata Tonantis
Buttus & eſt vitæ regula certa piæ.
Ille dedit vitæ ſignum melioris, & ille
Fœlici docuit mittere tela manu.
Fortis eques bellis, otio fuit arbiter æqui,
Bellipotens Martis, pacificusq; Iouis.
Et pius & doctus qualem non millibus vnum
Reperit è multis, regia Eliſſa viris.
Sed (dolor) integræ paucis pia dogmata vitæ,
Vel prodeſſe valent, vel placuiſſe ſolent.
Nulla per immenſos tetigerunt ſpicula campos,
Vulnerat oppoſitum nulla ſagitta ſcopum.
Tum pater omnipotens (heu) noſtro munere, nemo
Dignus? at es dignus Butte beate Deo.
Butte beate veni, geminat, cape tecta deorum,
Linque Lares patrios, Butte beate veni.
Hic Cheiron, doctusq; arcu contendit Apollo,
Hic certat iaculis docta Minerua ſuis.
Si nequeant tantos mortalia corda labores
Ferre, dabit vires cœlica turba ſuas.
Hæc fatus volucrem poſuit ſuper æthera Buttum,
Vt ſit toxiphilis poſtea meta deis.
Sic viuit, viuusq; valet, validusq; perenne,
Sortitus, regnum geſtit habere nouum.
Pars periit buſto peior, perit altera nunquam,
Hæc iacet illa volat, hæc perit illa valet.
Ergo plura ſuæ cupiens monumenta Pharetræ
Summa adeat ſcandens ſydera, Buttus adit.

Henricus Goſnold.

An

An other.

IF Countrie teares might call thy ghoſt from graue,
Or friends could force thy carcaſe to retire,
Both countrie ſhould(as earſt)thy ſuccour haue,
And friends againe poſſeſſe a ſaged ſyre.
But ſith ne friends, ne countrie can preuaile,
What hope can helpe, what helpe in woe to waile?

Thy preſence hath amazde our mindes with ioy,
Thine abſence ioyes thy ſpotleſſe ſpirite aboue,
A time thou trodeſt the tracke of our annoy,
A better time thy dying day didſt proue.
O happie BVTTES, that liuing liude to die,
Thriſe happie BVTTES, that dyde to liue on hie.

To wiſh thou wert on earth, were open wrong,
To ioy thy parting, were a graceleſſe knell,
Yet friends could wiſh thy life were twiſe ſo long,
And friends triumph to ſee thee part ſo well.
Thus whether life or death Iehoue had ſent,
Thy friends had cauſe to laugh, and not lament.

Then ſpare thoſe teares, that trill from eyes amiſſe,
And deeme ſuch death a gift for good deſerts,
A thankeleſſe part to call his ſoule from bliſſe,
Whoſe bodie once did glad your faithfull hearts.
Don BVTTES hath reapt a taske with heauenlie traine,
Renouncing eftſoones to retire againe.

Henrie Goſnold.

In eiuſdem obitum per P. W.

LOnga dies canos miſeris mortalibus adfert,
Morborum cani, morbi ſunt nuncia mortis.

Et

Et ſua ſunt etiam crudis ſymptomata membris
Quæ ſoluit teneris mors immatura ſub annis:
Rugoſos ad buſta ſenes, ſimul atque minores
Ire, ſalutata vix pridem luce videmus.
Nos nec iura Deũm, nec ineuitabile fatum
Parcarum mouet, ac breue & irreparabile tempus:
Quin potius nobis iuges promittimus horas,
Siue dies, menſéſue, aut annos, omnia cæcis
Cum vi detrudat, mors indignata ſub vmbris.
Poſt mortem ſupereſt, quid tandem? putre cadauer
Mentis inops, vitæq́, fugax, vis oſſea, corpus
Et ſenſus motuſq́, expers, & ſanguine caſſum,
Vita fugit ſubito, magni mutatio mundi
Aſsidua, & veluti cælis inducta ſenectus:
Exigui male ſana tamen præcordia mundi,
Vix quaſſare queunt, & ſpes euellere falſas.
Aſt ſoli volumus terræ ditione potiri.
Nec quicquam terrent nos diræ inſignia mortis,
Clepſidra, dextra minax, telum, falx, ſtamina, fuſi;
Quum ſapite ô tandem, mortalia pectora, quid ſit;
Mobile perpetuum producere tempus in æuum
Diſcite; Terra ſuum repetet, chaos, vndaq́, & aër
Tempora temporibus cedent, & tempore iuſto
Singula deficient, patientur cuncta ruinam.
Ergone vita feret ſedes æterna caducas?
Atque immortales mortalis regia claudet?
Quin vos officijs animi ſapientius vti
Edoceat natura, parens, en tempore iuſto
Vnca ſeneſcẽtem Dominum cùm roſtra relinquunt
Protinus effœtos renouant Iouis alitis annos,
Et vetere exuti, iuueneſcunt pelle colubri.
Priſtina ſic madida terræ putre dine quamuis

Mutetur facies : vitæ melioris origo
Nobis fœlici de conditione beatis,
Læta datur, Parcæ cùm rumpunt ſtamina vitæ.
Aſt mentem ſi quis dictis adhibere negabit,
Perpendat ſedulò quid fert hoc putre cadauer,
Quem niueæ veſtes oſtroq́ auroq́ rigentes
Contegerent, heri, fulua tumulatus arena
Decumbit; blattis, paruis & vermibus eſca.
Si mortem vel opes vel flectant pondera nummi,
Si virtus vitæue decus, celebratus & honor,
Perſephones diræ propellere vulnera poſſent,
Fata pepercisſent, generoſo turbida noſtro,
Qui modo conſcendit Pernaſi culmina montis.
Quis fuit, an quæris? Muſarũ ac Martis alũnus,
Inſignis pietate, ſacra dux Palladis arte,
Ingenio, cunctos inter ſua cornua tollit.
Sic Martem coluit, Muſis vt proximus eſſet,
Nec tamen his ſectans neglexit Martia facta:
Si virtus ſimul ac maiorum nomina quenquam
Condecorant, meritò mereatur ſtemmata Buttus,
Noſter eques, quem nobilitat gens ſtirpis auitæ,
Et mores, vitæq́ decus, virtusq́ decora.
Verùm hæc non poſſunt vitare pericula mortis,
Nec potis eſt Buttus penetrabile flectere telum
Parcarum, aſt ſoluit nunc Atropos inuida filum,
Soluit & in cineres populi decus omne Britanni.
Et quid non poſthac populatrix iſta rebellet?
Cùm quemquam à Parcæ furijs ſeruare ſeueris
Nil valeat, tandem quin ſingula morte premãtur.
Ergone perpetuò peritura eſt Gloria Butti?
Ergone perpetuò famam, decus omne perenne
Abſtulit vna dies, & funere merſit acerbo?

Corpus

Corpus terra tegit, volitat ſed fama per orbem,
Corpus terra teget, mens cœlo emiſſa potitur.
Scire quis ætheream deducat callis ad aulam
Vultis, & æternæ cingi diademate vitæ?
Optima ad has Butti pars emigrauit ad oras.
Nam pia vita piæ verax prænuncia mortis,
Et pia mors vitæ comes indefeſſa probatæ
Nos ſperare facit, totoq́, e pectore grates,
Fundimus ad Dominum reliquarum præmia dotum.
In cœlis rami, ſemper viridantis oliuæ
Nobiſcum laudes & grato carmine Muſæ.
Nunc vos lugentum comites, modulamine luctus
Ducite, plectra lyræ triſtis nunc tangite Muſæ
Calliopea ſonos, cythara diffundito gratos
Pulchra Thalia modos, neruorum tundito dulces:
Quod mortale genus mors tollit dente voraci:
Gloria ſed Butti celebrem bacchatur in orbem,
Perſpectos hominis mores Norfolcia tollit,
Æternum ſalueto, ergo dic atque valeto
Corpus humi mandetis, eum decorate ſupremis
Muneribus, longos volitabit nomen in annos.

Philippus Watker.

In eiuſdem obitum per I. H.

FLebilis indignos Elegeïa ſolue capillos,
Sume malo veſtem, tempore mœſta nigram:
It quos clara tenet Norfolcia plangite palmis,
Exiyt hinc Buttus, Martis alumnus eques.

Deplorato tuos triſtis Norfolcia caſus,
Cantato querulo carmina pauca ſono.
Oſſa ſub hoc tumulo conduntur languida Butti,
Militis egregij, clauigeriq; Ducis.
Marte potens, ſumpſit præclarum nomen ab armis,
Mars dedit & famam, diuitiasq; dedit.
Felix & prudens, clariſsima prælia geſsit.
Hoſtibus ille timor, ciuibus ille decus.
Qui tamen effugit toties fera ſpicula duri
Hoſtis, qui forti contudit arma manu,
Quem vis non potuit ferri, mors atra cruento,
Percuſſit cultro, præripuitq; diem.
Vos igitur qui Marte fero gaudetis & armis,
Qui colitis glaucæ ſana ſacrata deæ,
Hunc lugete (precor) datéq; vltima funera vobis
Pro tali facto, Mars feret almus opem.
Dicite Sicelides Muſæ, (nam veſter alumnus
Ille fuit) Butti molliter oſſa cubent.
Fouit Apollineos vates, doctoſq; Poëtas,
Veſtraq; guſtarat pocula blanda, (ſcio)
Vir probus & facilis, iuſtus, permulta benignè
Dans miſeris, cuiuis ferre paratus opem.
Quàm fuit is charus vicina colentibus arua,
Dum vixit miſerûm dicere turba poteſt.
Quàm multæ maduere genæ, quot pectora tundunt
Singultu luctum ſignificante grauem?
Murmura quot populi tacitè dicentis, in annos
Digne ſenex multos viuere, Butte vale.
Hæc dolor extorquet qui totos occupat artus,
Has voces verus mittere cogit amor.
Ergo precor parua requieſcas mollis in vrna,
Auxiſti numeros inclyte Butte pios.

Iohannes Seelus.

In eiuſdem obitum per A. D.

QVis fuit in vita quæris? præclarus honore,
Moribus inſignis, relligione pius.
Mars dedit arma ſequi, pacem tamen auxit, amando
Magne pater patriæ, quis tibi ſuppar erit?
Nummorum parcus nunquam, nec prodigus æris,
In medio currens tramite, quantus erat?
Negligit ingenij laudem, tamen excipit illum,
Fata pium tollunt triſtia ſæua nimis.
Quis ſit poſt mortem dubitas, & quæris ineptè?
Vita probat mortem, mors probat eſſe pium.
Non ſic cum Butto lachrymarum fluctus abibit,
Carmina non patitur candida muſa loqui.
Quòd vixit moritur, moritur quia viuimus ipſi,
Virtutis fructum iam capit ille ſuæ.
Carmina nil proſunt, fatis nos tradimus omnes,
Vixiſti nobis, viuis & vſque Deo.
Cùm cœlos adiyt præſtabo ſilentia Muſæ,
Quæ cœlos ſpernit, garrula quando tacet.
Optime dux patriæ, certiſsima vita bonorum,
Nil poſſum maius dicere, ſancte vale.

Arthurus Daubneius.

In eiuſdem obitum per A. C.

ERgo libet tanti (crudelia fata) tyranni
Sæuire? atque hominum ludere triſte genus?
Nec poterunt pietas, vires, granitáſue, decúſue,
Relligio, nec opes, erripuiſſe rogis?
Sed pariter cuiuis, triplici ceruice videndus,
Trux canis? & cuiuis atria ditis atri?

Nulli exorandus, Plegetontis portitor vndæ?
Adijcit aut penſo nil prece dira ſoror?
Numina nec flecti? parcæ nec parcere norunt?
Nec niſi cunctorum ſola ruina placet?
Quid iuuat ergo viros, ſeſe exercere periclis?
Quid valet inuicta gloria parta manu?
Quid pietas, virtus, vires? quid nobile pectus?
Pauperis hoſpitium? aut inuiolata fides?
Iſta nec eripiunt fatorum ſtamine ſecto,
Inclytus hæc habuit ſingula Buttus eques.
Et quicquid natura parens, quicquid ſacra virtus,
Quicquid ſors potuit, dona fuere ſenis.
Nil minus at moritur, ſæuas ſic voluere Parcas,
Sic inuiſa homini numina velle ferunt.
Ergo age Muſa tuas triſtes reuocare querelas
Incipe, ſollicitis flebilibuſq; modis.
Plangite nunc Dryades, recitate vlulantia Fauni
Carmina, Nympharum plangite tota cohors.
Linque choros Citharea leues, vos plectra Camenæ
Veſtraq; nunc Satyri guttura ranca gemant.
Linquat Atlantiades, tibias inflare canoras,
Phœbe relinque lyram, linque Minerua Chelyn.
Et mecum humanas miſero lugete ruinas,
Inuiſum fatis plangite & omne genus.
Qui fuit è multis Buts vnicus hoſpes egenis,
O mors interijt fraudibus ecce tuis.
Fraudibus ecce tuis perijt, Quj ſpicula Martis
Non timuit, caſtris cui data palma fuit.
Cui data palma fuit, patriæ tutela ſalutis
Qui fuit armipotens, nunc quaſi Bulla perit.
Nunc quaſi Bulla perit, quondã qui floruit armis,
Qui pietate grauis, qui grauitate pius.

Nec

Nec niſi mœror adeſt, ſola eſt mihi flere voluptas
Quàm mihi flere placet, quàm gemuiſſe placet?
Sed quid ago demens, quid luctibus æthera pulſo?
Num lachrymaſſe iuuat? num gemuiſſe iuuat?
An quia liber abit, qui vinclis carceris huius
Soluitur? ah piget, ah verba retracto lubens.
Non periit Buttus cui vita caduca receſſit,
Et cui ſorte bona, vita perennis adeſt.
Non igitur lugenda pijs tam fata ſecunda,
Talia ſunt precibus ſæpe petenda viris.
Nec ſæuire placet, nec ſunt crudelia fata,
Nec genus humanum ludere deinde placet.
Numinibus viſum eſt, vitæ vt ſit ianua lethum,
Ni moriare, nequis ſcandere regna Iouis.
Sic ô ſic ſuperi, Buttus terreſtria liquit,
Vt ſedem æternam captet in arce poli.
Ergo age (Muſa tuas triſtes depone querelas,
Incipe mellifluos nunc recitare modos.
Pſallite nunc Dryades, canite exultantia Fauni
Carmina: Nympharum pſallite tota cohors.
Tuq; choros Cytharea petas, vos plectra Camenæ,
Et repetant Satyri carmine dulce melos.
Incipe Syllene tibias inflare canoras,
Phœbe reſume lyram, ſume (Minerua Chelym.
Tuq; vale pie Butte vale, quem viuere nobis,
Quem tibi dulce fuit, nec tibi triſte mori.
O fœlix nimium, qui ſic ſua ſecla peregit,
Ter fœlix cui Dij dant ita poſſe mori.

Anth. Cade.

In eiuſdem obitum per I. B.

CAndida quæ læto geſtis incedere greſſu,
Fer peplum, crines pandito Muſa tuos.
Exequias celebra, ſolennia munera præſta,
Lugubres cantus, exere, prome, cane.
Fortia facta foris, chariſsima patria vita
Præterita, hos ritus, hæc ſibi iura petunt.
Excubias agito, triſtes Norfolcia vultus
Sumito: Nam Buttus ſpeſq; ſalusq; tua
Occubuit victus, qui vicit ſæpius ante,
Quando tuas bello geſſerat ille vices.
Aſt patrios linquens fines, relegatur ad ora
Cœlica, nunc exul, qui tibi præſul erat.
O antiqua domus (quam charam ſemper habebat)
Ingemito, madidis funera fleto genis.
Tu domini ſortem, (quo munus munere penſes)
Geſtu depingens, exprime, voce refer.
Et tu ô Thornage longe ſpinoſior æquo
Quod ſuffocarus horridiori loco.
In te quæ fuerat conſcita, florida, creta,
In te puniceum, qua viruit q; roſam
Omnis forma cadens, tamen inter mortua tandem,
Ac enecta velut frigore tacta, iacet.
Dum viridis fuerat, gratos redolebat odores,
Sermonis Chriſti, myſteriq; pij,
Præpingues ſuccos hæc diſtillabat egenti,
Sanabat miſeri vulnera cruda viri.
Infælix ſiquidem nimis heu & inhoſpita tellus,
Hoſpite dignatus quàm fuit ipſe deus
Tanto: qui puram protexit relligionem,
Qui te ditauit, diuitijsq; ſuis.
Proh dolor indoleus amiſſum, pectora tundas

Pal-

Palmis, amaras tu lachrymas q̃ preme.
Denique quisquis eris qui te cognoueris æquè,
Quam simul angusta conditione sumus:
Viuere tu discas ex hoc, vitaq̃ potiri
Sancta cum superis, qua poteris q̃ frui.
Impiger hic miles, qua nunc donatus, & alma
Pace vigens viuit, possidet atque tenet.

Iohannes Bardonus.

In eiusdem obitum per C. B.

HOstes qui quondam crudeli marte subegit,
Qui prius inuictus, qui prius Hector erat:
Deuictus tandem, & victrici morte subactus,
Heu iacet extinctus, victus ab hoste iacet.
Nec tamen is periit penitus. Tua Butte perennis
Gloria cunctorum viuit in ore virũm:
Virtus tanta mori, vel tempore fata subire
Non poterit, vel si frendeat ipse Satan.
Succubuit morti corpus, mortale creatum,
Viuit in æternum, mens tua iuncta Deo.
Mens tua morte pia, mortem superauit acerbam,
Et fruitur vita mens tua, morte pia,
Mors pia transactam vitam pietate secuta est,
Mortem subsequitur cœlica vita piam.
Qui quondam Martis, nunc mortis numime victor
Vicit terrenum quicquid in orbe fuit.
Nemo nunc Buttum lachrymis, nec funera fletu,
Dedecoret: felix ter q̃ quater q̃ manet.
Sed nos ô miseri, nos tanto milite rapto,
Plangamus, fletus fundere iure licet.

Christopherus Burlingham.

In eiuſdem obitum per A. A.

PAngite Pimpleides Muſæ, mihi pangite verſus
Pulchricomæ mœſtos, hei lacerate genas.
Nereidum Phorciq; chori dulcesq; camenæ,
Vos et Hamadryades, vos virides q; Dei.
Atque precor noſtræ ſubſcribite voce dolori,
De veſtris lachrymis, humida ſerta date.
Non viridis vobis aduelet tempora laurus
Nymphæ, conueniens luctibus iſte dies.
Non collum torques habeat, crinale capillum
Nec decoret, comptas diſpoſitasq; comas,
Neglectæ iaceant humeris cùm triſtia ſubſint,
Deplora tragicis triſtia fata notis.
Mortuus impletis fato quos debuit annis
Hîc iacet in ſolida contumulandus humo.
Grande decus patriæ, qui certè funeris expers,
Debuit humanis altior eſſe malis.
Lædere quæ corpus potuit vis lædere mentem
Non potuit, ſummo viuit at illa polo.
Qui fuit hic ſuperans fortis rigidusq; ſatelles
Virtutis, moriens degener eſſe poteſt?
Fœmina virq; tuo, pueri quoque funere mœrent,
Aſpicitur toto purpura nulla choro.
Iura ſilent mutæq; iacent ſine vindice leges,
Inq; domo gemitus angulus omnis habet.
Fata manent omnes non intermiſſa, quieſcunt
Vita ſuo quodam pondere tracta ruit.
Occidit & Pelops genitorq; remotus in auras
Tithonius, nolis ſic patet vrna, velis,
At tua te virtus toti quæ claruit orbi,
Cum Parcis atris vincere fata dabit.
Viuis in ore virûm tituli ſpecioſus honore,

Inter

Inter & illustres excipieris auos.
Et tibi debetur cœlum quò mens reuolauit,
Accipit & cupidi regia magna Iouis.

Andræas Asteleius.

In eiusdem obitum Enchomiasticon per T. C.

BVtte iaces? atrum luget Thornagia funus,
Funere tam tristi te hinc abijsse dolens.
Butte iaces? somno? Deflet Norfolcia fatum,
Lethali somno te recubante gemens.
Butte iaces? certa defunctus morte? peremptum
Ingemit illachrymans te tua tota domus.
Butte iaces? periere simul laudesq́, decusq́,
Oppiduli, patriæ fulcra domusq́, tuæ.
Butte iaces? sacrum specimen pietatis, honorq́,
Te viuo florens, te moriente perit.
Butte iaces? pura sub relligione superstes,
Integritas tecum relligioq́, ruit.
Butte iaces? tristi sacratæ Palladis artes
Quæ viuo fuerant (heu) periêre nece.
Butte iaces? animæ viuebas dotibus auctus,
Donis fortunæ, corporis atque bonis.
Butte iaces? prudens vita remanente, iuuabas
Vicinos sophia consilioq́, tuos.
Butte iaces? iustus vixisti, & lancibus æquis.
Reddebas, pendens singula, cuique suum.
Butte iacés? fortis, certamine teste Scotorum,
Cinctus vbi lauro, miles ab hoste redux.
Butte iaces? moderatus eras per tempora vitæ,
Re, verbo, facto, cui moderamen erat.
Butte iaces? nulli vultus grauitate seuera,
Aut oris miti voce secundus eras.

Butte

Butte iaces? miseris vixisti largus egenis,
Tristia qui vero fata dolore gemunt.
Butte iaces? quòd sorte tua contentus agebas
Vitam, diues eras, funere diues abis.
Butte iaces? fido coniux orbata marito est,
Qui tecum obsequio vixit, amore pari.
Butte iaces? claro prognatus vtroq; parente,
Stemmate maiorum nobilitatus eras.
Butte iaces? clarus consanguinitate nepotum,
In patria quorum gloria lata nitet.
Butte iaces? quamuis genuina prole carebas,
Attamen est hæres fœmina clara satis.
Butte iaces? hæres terris succedet auuncli,
Laude parentali nobilitata satis.
Butte iaces? hæres præstans pietate, pudore,
Quæ formosa satis, quæ studiosa satis.
Butte iaces? hæres digno coniuncta marito,
Qui floret propria nobilitate sua.
Butte iaces? hæres claro virtute paterna
Nupta viro factum concelebrare student.
Butte iaces? hæres tua consobrina propinqua,
Stirps vtriusq; tuæ buccina laudis erit.
Butte iaces? morbi patienter acuta tulisti,
Dixisti moriens, mors mihi grata quies.
Butte iaces? Languens Domino pia vota canebas,
Dormisti firmans spemq; fidemq; Deo.
Butte iaces? (fœlix si quenquam dicere fas sit,
Fœlicem in terris) Butte beatus eras.
Butte iaces? Quem philosophi statuere beatum,
Viuens ac moriens Butte beatus eras.
Butte iaces? quare? quia viuere Parca negauit,
Quippe senem superis diua benigna dedit.

Butte

Butte iaces? valeas, iterumq́, iterúmque valeto.
Fata iubent longum dicere, Butte vale.
Thomas Corbold Baconum alumnus.

In eiuſdem obitum vigintimetrum per T. C.

GLoria gentis abit Guilielmo milite Butto,
Vnica defuncto, gloria gentis abit.
Laus patriaq́, perit vitam celebrata per omnem
Ipſius interitu laus patriaq́, perit.
En nigra pompa gemit priuatum lumine veſte
Lugubri lachrymans, en nigra pompa gemit.
Mortuus ecce iacet, cuius flent funus egeni,
Vndique cordolium, mortuus ecce iacet.
Sunt ſocij gemitus coniux, glos Righboroanus
Buttus, Bacones ſunt ſocij gemitus.
Vnica turba dolet, cui dat Redgraua ſedem,
Triſtior hæc reliquis vnica turba dolet.
Triſtior illa dolet? quare? maioris auuncli
Vt memor extincti triſtior illa dolet.
Sollicitudo mihi veſtræ pietatis alumno,
Mœſtis (heu) vobis ſollicitudo mihi.
Irreparanda (dolet) Lacheſis quia ſtamina rupit
Lucis fila trahens, irreparanda (dolet.)
Eia age Butte vale, terras linquendo quieſcis,
Speramus cœlis, eia age Butte vale.
Thomas Corbold Bacon. alumnus.

In eiuſdem obitum, carmen conſolatorium, per T. C.

FLeui, lætificor, vigilaui, dormio: tumba
Componor, ſenium membra labore leuo.
Terricolæ caligo ſeni cæcauit ocellos,

Diui-

Diuinæ cœlo mentis ocellus iyt.
Perfeci ſtadium ſiſtens, obdormio meta,
Vlterius quenquam currere fata negant.
Erraui, reuocor: palabar, dirigor: albo
Eliſo, ſtridens miſſa ſagitta ſilet.
Certaui, valeo: vici mundana, triumpho:
Arma tuli, repetor: nudus, ab hoſte tegor.
Miles agris merui Scoticis, cinctuſq́, merendo,
Tympana ſæua dabant, hinc tuba clanget, aue.

Thomas Corbold Baconum alumnus.

Eiuſdem in eundem dechaſtichon per T. C.

TEgmine, puluillo, macie, tegit, eleuat, arat:
Σωμα caput, coſtas, ceſpes, arena, cinis.
Torminibus, tabo, carie, carnem, oſſa, medullas,
Puluis, humus, vermis, collinit, haurit, edit.
Quæruntur, capitur, fit, certa, quieta, perennis,
Luctu, Marte, πονω, gaudia, palma, quies.
Redditur, aduentat, gliſsit, pia, cœlica, dia:
Funere, morte, ταφω, gloria, vita, ſalus.
Clangat, dicat, ouet, ſomno, me cede, corolla,
Præco, βραβευς, Buttus, ſurge, potire, vale.

Eiuſdem.

In eiuſdem obitum Sapphica per T. C.

Vi meis aura ſtudijs benigna
QFauerint gratis remanent patroni
Talibus gratus meritis dicaui
Carmina alumnus.
Queis meæ triſtes Elegos Camenæ
In ſui funus patrui dederunt,

His

His in eiuſdem mea dat Thalia
Sapphica mortem.
Particeps vna taciti doloris,
Quem ſui fato capiunt auuncli,
His ego Butti celebro libenter
Funera metris.
Corruit veſtrum grauitas ſerena
Corruit veſtri decus æuiternum,
Corruit veſtræ veneranda claræ
Gloria gentis.
Quem faces ſortis crucians ſeuerè
Cui c⁹ filum Lacheſis reſoluit,
Hic iacet triſtis latitans opaco
Carcere mortis.
Vidit, vmbratur, tetigit, ſtupeſcit,
Audijt, ſurdet: ſapijt, putreſcit,
Sagijt, torpet, pituita fœdat
Naris odorem.
Vixit, occumbit, valuit, labaſcit,
Fatus eſt, muſſat, cecinit, gemiſsit,
Extitit, non eſt, aluit, focillat
Corpora vermes.
Phœbus, Eclypſis, radians, opertus:
Clarus, obſcurus, locuples, egenus,
Sanus, infirmus, vegetus puſillus,
Viuidus excors.
Cui fuit dulcis bona ſpes iuuentæ,
Cui ſuis virtus adoleuit annis,
Cui dabant cani manifeſta iuſtæ
Signa ſenectæ.
Neſtoris ſupra valuiſſet annos,
Et ſibi Lino ſupereſſet æuo

Rhetei

Rhetei ac vltra Priami fuisset
Sæcla superstes.
Sed nihil semper remanet caducum,
Vita mortalis fragilis vacillat,
Illico humanæ properant suprema
Tempora vitæ.
Sic dies Buttum rapuit senilem
Mortuus mundo superos adiuit,
Qui probe vixit generosus ortu,
Stemmate, pugna.
Flete Bacones patruum peremptum,
Flete maiorem iuuenes auunclum,
Flete iacturam iuuenes, seneſq́
Illius omnes.
Flentibus vobis ego non dolebo?
Heu genas par est lachrymis rigare
Rupta singultu gemitu ciêre
Ilia pectus.
Quo feror? morsus animo doloris
Sint procul, quamuis iaceat sepultus
Attamen gratæ potitur silenti
Sede quietis.
Qui fuit mundi peregrinus orbe,
Commorans terris, habitat superno,
Axe, iam gratus superis receptus,
Ciuis Olympi.
Seruijt, liber iacet à periclo,
Teduit cura senij, leuatur,
Lippijt, cernit penetrans Olympum
Lumine mentis.
Præstitit cæco θάνατος leuamen,
Attulit funus vigili soporem,

Mors

Mors adest illi requies laborum,
Perdia pernox.
Sustulit mœsto tumulus dolorem,
Indigens agri sat habet superq́.
Possidet felix potiora cæli
Gaudia, gazas.
Mane Septembris febre terno obiuit,
Lustra bis septem atque bienne vixit
Mille gaudebit superum resurgens,
Sæcula vitam.

Thomas Corboldus.

Vpon the decease of Syr William Buttes Knight.

WEll is he gone that on earth deserude wel to be renoumed,
INferior to none, Buttes dead, shall still be remembred,
LEarned, relligious, studious, rich, bountifull, humble,
LOued of all, enimie to none, (so godlilie minded)
IUst dealing, wisedome, valiantnesse with moderation,
AIl vertues together in him most rarely redounded.
MOurne Thornage, lament, let teares downe trickle, bewayling,
BUttes buryed, to the needie shal he be missed hereafter.
VNder is earth interred he, that thine wealthie befriended,
TUmbed alas thy renoune Norfolke, in dignitie, glorie,
TRue worship, credite, who was, and good reputation,
ENuyroned with dust he lyeth, who noble before time,
SIngular excelled, valiant in martiall armour.
KNight for he was dubbed, when from fought field he returned,
NExt Bacon solemnely set out his funerall herses.
IN mourning the graueſt of your kinne, and aged vncle,
GEntle by bloud, true, from young yeres gentilitie bearing
HAppie by life (if at all any mortall counted is happie)
TRoubled on earth, departed, of all cares worldly released,
ENdlesse in heauen, rest doth he receiue, there to be redubbed.

Buttes adewe sleeping, for a while benummed,
Buttes adewe waking, for againe reuiued,
Buttes adewe rising, for in heauen receiued,
Shalt be redubbed.

William farewell, for in earth thy biding,
Buttes adewe, no doubt but in heauen thy dwelling,
Knight all haile, ere long with a blowen redubbed
Trumpet of Angels.

Thomas Corbold.

Another in Englisſh.

IF he that liude a life deuoide of infamie
Deſerude to liue a ſeconde life, then BVTTES will neuer die.
If he that dide ſuch death as good enſample giues
To vs behinde, can merite heauen, then BVTTES for euer liues.
And if nor life nor death could purchaſe endleſſe ioy,
Then faith and truth and hope in God haue freed him from anoy,
Whoſe heart was helde by hope, whoſe hope was fed by faith,
Whoſe faith was founded on the truth, whoſe truth was, ſcripture
Such faith could neuer faile to bring forth heauenly fruits, (ſaith.
Such fruits could neuer miſſe the mark, wherat each faithful ſhoots.
Then mourne his want, but laugh becauſe he wants no good,
Lament our loſſe, triumph his gain, that growes where vertue ſtood,
And ſay this was the wight whoſe poeſie proues his praiſe,
Be wiſe and plaine, both wiſe and plaine was *Buttes* in all his wayes.
In youth a chriſtian ſtoute, to further forraine warres,
In elder age an vmpier apt, to cut off country iarres.
To prince a leaning ſtaffe, to common wealth a ſtay,
The one to ſerue, the other ſaue, from ruine and decay.
A friende to faithfull friendes, a father to the poore,
An harbour to the harbourleſſe, that had not of his ſtore.
A maruaile to the moſt, a myrror to the beſt,
In heart ſo franke, in houſe ſo free, a marke for all the reſt.
What wiſer workes coulde frame, or plainer partes could faine,
The ſhape of his ſo ſage a ſaw, *Be wiſe and eke be plaine*?
O would theſe vertues liu'd, immortall with the man,
Till ſome deſeru'de to beare the badge that *Buttes* by vertue wan.
Or would enſample his had gainde a longer date,
To moue their mindes to worke the like that wiſh the like eſtate.
But Ioua would the wight more ioy than earth containes,
And wild him preaſe to haue the price of his approoued paines.
Thus hath this worthie ſir at Ioues appointed day
Forſaken earth and taken heauen, a holde of ſurer ſtay.

His

His body lies enshrinde in marble massie stone,
His spotlesse sprite with speedie pace hath past the Horison.

Henrie Gosnolde.

In eiusdem obitum.

CVnctipotens sanctos tollit, nec tristia cernunt,
Quæ nos (heu miseros) postmodo dira manent.
Tollitur & Buttus, clarus, pius, atq; modestus,
Perdidit (ah) fidum patria nostra patrem.
Abstulit vt dederat mẽtem (pater omnibus æquus)
Putre cadauer adest, spiritus alta petit.
Spiritus alta petit, nec curat turbida mundi,
Corpus inane iacet, gloria vana vale.
Spiritus alta petit q; papistica sordida ridet
In cineres corpus, nec timet ille minas.
Sic teneris annis, sic vixit & vltima vita,
Credite, sic viuit: dicere malo magis.
Exue nunc latas vestes: Norfolcia luge,
Concidit, & cinis est, qui decus ante fuit.
Aureus atq; senex, syncero pectore seruit,
Ille Deo soli: mente coliq; iubet.
Principis (vt decuit) fidores pectore tractat,
(Ah) fuit immensus nocte dieq; vigil.
Charus erat patriæ, dignus cui patria chara,
Hei mihi quod non est, dicere cogor, erat.
Promptus erat quo iura vocãt, sua cõmoda spernit
Dum potuit, præsto est militiæq; domi.
Rebus in aduersis nec defuit ille petenti,
Vndiq; concurrunt, vndiq; præstat opem.
Non sibi quærit opes lautas, amplos nec honores,
Sors ei lauta, Deus, spes bona, vera salus.
Est animo constans, nec vis nec gloria mundi
Hunc potuit vera vana mouere fide.

Vixerat atque diu pacis ſtudioſus amator,
Pace caditq́, pia, ſic bonus ille ſenex.
Frigida nunc gelido conduntur membra ſepulchro
Concidit (heu) cinis eſt qui decus ante fuit.
Terra tegit terram, atque reſoluet terra ſepultum,
Mens ſociata Deo, non reditura manet.
Plangimus ergo tuam mortem (digniſſime Butte)
Non quia morte peris, ſed quia morte dees.

An other in Engliſh.

VVHat fate vnkinde hath wrought our woe?
What fortunes rate doth vex vs ſo?
BVTTES hath reſignde his life, and loe,
In graue remaines.
My friend no fate but mightie Ioue,
No fortunes rate, but God aboue,
Hath chaungde his ſtate for puer loue,
And heauen he gaines.
Muſt ſuch away as walke aright?
Shall thoſe decaie as are a light
And countries ſtay? (ah) great deſpight
And griefe of heart!
Nay ſtay thy rage, let faith thee leede,
Death ſpares no age, that earth doth breede,
Both young and ſage God hath decreed
Once to depart.
But gone is he that vice did hate,
The bad we ſee enioy their ſtate,
They liue, they be, they ſport, they prate,
How falles this out?
The wicked ſtill, God lets abide,
Such is his will to haue them tryde,
When

When from the ill, the iuſt man ſlide
To heauenlie route.
So BVTTES is gone moſt worthie Knight,
And we alone to abide the fight,
The earth may mone, the heauens bright
Are now his reſt.
His faith was ſure, one God he feare,
Religion pure was all his care,
The popiſh lure he did not ſpare
For to deteſt.
For Prince no wight was more preciſe,
He ſparde no might howe to deuiſe,
By iuſtice right to exerciſe
Her royall will.
In warre or peace he did not dreede,
By lande or ſeas to ſerue at neede,
His countreies eaſe he ſought to breede,
Such was his skill.
He ſought not gaine nor honours hie,
His litle traine ſuffiſde his eye,
None he diſdainde, but heard the crie
Of riche and poore.
He ſpent his dayes ſinne to deſtroy,
And ſought the wayes voide of annoy,
He liued with praiſe, he dyed with ioy,
Thanke God therefore.

Samuell Stalon.

In eiuſdem obitum per R.C.

SIlua vetus ſtabat multos intacta per annos,
Pendebant tremulis dulcia poma ramis:
Glandifera quercus illuc odioſa colubris,

Fraxinus, inq3 auras se extulit alta pinus:
Serpentes hedera, coryli, vitesq3 nodosæ,
Et lapidosa pirus, populus, alba salix,
Apta fretis abies & amictæ vitibus vlmi:
Et fagus, spectans sydera laurus item.
Nec tantum arboribus, sed amæni floribus agri,
Et varios cantus hic modulantur aues:
Mille modis renouat veteres Philomela querelas
Et Progne nati rubra cruore sui:
Quas sequitur Tereus cui stant in vertice cristæ,
Non oblitus adhuc Ilios ipse sui.
Hic matutinos iterabat Acredula voces,
Et cantu siluas aurea alauda replet.
Ædes Diuorum Musarum maxima dicas
Templa, per angustos adificata locos.
Hic ego fortè loci insolita dulcedine captus,
Defessus nimio, membra labore sedens:
Dumq3 oculis valdè vigilantibus omnia lustro,
Mens intenta rei dum nouitate stupet,
Hic oculis subitò obijcitur magnoq3 futurum
Augurio monstrum, fœmina flens grauiter.
Dilacerata comas miserè, similisq3 furenti,
Talia lugubri verbula voce refert:
Heu nihil hic stabile est, celeri nam singula gressu
Diffugiunt, cunctos mors violenta rapit.
Ipsa ego quæ fueram natis opibusq3 beata,
Squallentem lachrymis atque cruore vides:
Inuidiæ me dira lues subuertit: & vnum
(Proh dolor) è natis abstulit atra dies.
Vnum: sed multorum instar: pietate secundum
Nulli, par cunctis relligione fuit.
Cui propius postquam accessi, vultusq3 notaui

Col-

Colluſtrans oculis vndique cuncta meis,
Protinus agnoui: Mulier Norfolcia dicta eſt
Defuncti nati funere mœſta ſui.
Funere mœſta ſui Guilielmi nomine Butti,
Qui nuper ſuperûm ſede receptus erat.
Quã, quia triſtis erat, lachrymarũ flumina fũdens
Conſolaturus, talia verba loquor,
Deſine, cur luges genitrix? ſiſtasq; dolorem.
Quodq; emel factum eſt, deſine quaſo queri.
Corpore conceſsit fatis, ſed fama per orbem
Peruolitans, nulla eſt interitura die.
Ne terrere quidem poſsis, res vna ſalutis
Certa fuit pietas conſcia recta boni:
Cætera quid referam? generoſo ſtemmate natus
Factaq; præclaris ſigna reliquit auis.
Iuſtus erat fortisq; ſimul duo pignora Cræſi
Omnibus eximij ſplendidiora opibus.
Orphanis pietate parens & largus egenis,
Oppreſſis miſeris portus & aura fuit.
Ianua tota patens, occluſaq; tempore nullo,
Hoſpitium ignotis reddere dulce viris.
Patriæ amans (facilè tales optaris alumnos)
Subditus & fidus principis ille fuit.
Denique quod non eſt munus mortalis adeptus
Miles militiæ munere fortis erat.
Foris fortis erat, multo ſed fortior intus
Hoc clipeo vicit flumina dira Stigis.
Anchora perpetuæ Deus eſt fidiſsima vitæ
Et ſors lætabonis: cætera vana fluunt.
Chare vale, dux clare vale, tua funera fleui,
Præ lachrymis nequeo ſcribere plura, vale.

R. C.

An otherin Englisſh.

MOurne and lament we may, Gods elect children deere:
From vs is gone our ioy and ſtay, and guide whilſt he liude here.
That worthie famous Knight, Sir *William Buttes* by name,
Who ranne his race alwaies aright, to his immortall fame.
I cannot worthily commend his vertues rare,
Theyre worthie of memorie, namely his godly care
Which he had to maintaine the preaching of Gods lore,
Who willed it ſhould ſtill remaine in Thornage as before.
Behold a zealous minde, thirſting for mans ſoules health,
A father and moſt deare friend, a ſtay for common wealth.
To our dread Soueraigne, more faithfull none could be,
The lawes and ſtatutes to mainetaine none more carefull than he.
To doe iuſtice and right he had a great regard,
Of ſuch as would doe wrong by might, he would take no reward.
BVTTES hated all exceſſe and prodigalitie,
Whoſe portion were it more or leſſe, he ſpent full bounteouſlie.
BVTTES pinched not the poore, BVTTES raiſed not his rent,
BVTTES fed the needie with his ſtore, & that which God had ſent.
In all the countrie round of thoſe that did him knowe,
BVTTES fame and good report did ſound among both high & low.
O vertuous bleſſed Knight, and thriſe bleſſed againe,
It may be ſaide and that full right, thou wert both wiſe and plaine.
Thy wiſedome ſpred thy fame, thy plaine dealing did proue,
That both of thē thou didſt ſo frame, as good men might thee loue.
But Thornage thou maiſt ſay, and proue it true to be,
Fewe townes like thee had ſuch a ſtay, as this BVTTES was to thee.
A mirrour and a glaſſe, BVTTES might be for vs all,
How we our daies and time ſhould paſſe, vntil the Lord doth call.
But Gods wil muſt be done, for ſo he hath diſcuſt,
All muſt die either late or ſoone, and be turned to duſt.
Giue God the whole glorie, who did giue him ſuch grace,
Godlie to liue, and ſo to die, and thus to end his race.
His corps in tombe doth lie, his ſoule is freed from paine,
And both ſhall liue eternallie, when all ſhall riſe againe.

Robert Lawes.

FINIS.